



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xvii. De sequestratione possessionum & fructuum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](#)

## De Sequestrat. poss. & fruct.

ipsius succedet, interim alienare præsumito. Et ita actori, cum de vitio litigiosi cōtractus, reīe proprietate experiri volet, quod euincere possit & habere, seruator.

4. Eccle-  
sia. ij.

Quod si quæ possessio litigiosa in alium trans-  
feretur, neque, cum restituenda erit, is, à quo pe-  
tetur, restituere poterit: loco ipsius tantundem  
possessionis æquivalentis ad arbitrium boni viri  
liberè adsignato.

### De sequestratione possessionum & fructuum. Tit. I 7.

1. Ad  
hoc.

C v i possessio semel adiudicata erit, si post  
cum eo de proprietate agetur, & contumax erit: nihilominus in eam iudex mittito. a-  
ctor ab ipso si impeditus erit: moderatas expen-  
fas, quas à missionis decreto usque ad satisfa-  
ctionis obtentæ tempus propter hoc faxit, re-  
cipito. Reus sufficientem iudicio standi cau-  
tionem præstato. sic possessionem recipito. Iu-  
dex eam arbitrio suo ne sequestrato. si factum  
erit: reuocator.

2. Dile-  
ctus.

Si tamen is, qui in rei possessionem seruandæ  
eius ergo missus erit, fructus medio tempore  
perceptos pro suæ voluntatis libito distrahet:  
fructus ipfi sequestrantor, quod distractum erit  
in statum pristinum reuocator.

3. Ab eo.

Ab eo quoque qui à sententia prouocatis,  
si fructus dissipabit, lite pendente sequestran-  
tor.